POEMA MACARRONICVM, IN QVO DESCRIBITVR INGRESSVS *Magni Almirantis Castillæ in Civitatem Sevillam, simulque festa illi ab eadem Civitate facta narrantur.*

DEsine, Musa, graves hodie componere versus,
Et festiva nimis versus compone iocosos,
Atque Latinagis tenta exercere poesim:
Nam tibi materiam grandem conferre videtur,
Et gusto plenam, cunctis & prorsus alegrem,
Festejum magnum, quod paucis ante diebus
Elapsis, Sevilla potens Vrbs inclyta fecit,
Gustosam multum plausu celebrando venidam
Nobilis illius, quem cantat fama per Orbem,
Esse Cavallerum Almirantis nomine dignum.
Incipe, Musa, mihi versus soplare venustos.
Cùm Sevillanis chartis constaret apertis,
Esse Almirantem Marchenæ, mittere tentant
Marchenam quosdam, faciant qui fronte serena
Illi visitam plenam sermonibus altis;
Atque Cabildorum mittunt pro parte duorum
Vnumquodque suos, proprio qui nomine dicant,
Tam benè quod veniat, teneat quòdque ille salutem.
Illi iam læti ad punctum fecère viagem
Atque embaxadam illi donavere polytam.
Almirans honrram factam pro munere grandi
Æstimat, & rostro monstrat, promitque loquela:
Se pagaturum visitam, dicit, eundo
Vrbem Sevillæ, despidet denique & illos.
Sevillam redeunt, & tunc seglare Cabildum
Cannarum ludos, Taurorum festaque votat.
Dineri summam mox señalando dedêre
Cuidam, festarum cui tunc committere curam,
Votorum missis solito in bufete bolillis,
Declarant, plenum festarum dando poderem.
Vrbem per totam mox Prægonerus adiuit,
Tamboresque duo; festasis vocibus altis
Prægonat fieri, sic præcipiente Cabildo,
Magni Almirantis celebrare volente venidam:
Hoc & idem sonitu tambores denique monstrant.
Tunc Carpinteri empesarunt ordine, varis
Metiri in plaza sitium, quem cogere vellent,
Dinero, & multo sitium pagare tomatum.
Ecce trahunt palos, tablas, quartonesque, sogasque,
Barrenas, clavos, martellos, dentis accuti
Serras quàm multas; portant & denique asuelas.
Feruet opus: cuncti tablados ordine miro
Armare incipiunt, clavare & cuspide tablas.
Plazam per totam voces, golpesque sonabant,
Clavabant palos, terramque ligone cavabant.
Tum martellorum, palorum tumque cadentum
Fit sonitus feriens cunctorum protinus aures.
Tabladis tandem cingunt, balconibus atque
Pintadis Plazam, portas & denique dexant.
Intereaque casam disponit maximo adorno,
Albo de puteo generosus Marchio, nomen
Cui dat Franciscus, cognomen datque Velasco,
Vt sic Almirans veniens possaret in illa.
Nuncius en lætus Sevillæ missus ad Vrbem
Ex Coria venit, nuevam qui traxit ad illam
Certe Almirantem, dicens, gustare venire;
Hocque die quarta Febreri, in tempore tardis:
Hac Sevillani nueva ponuntur alegres,
Lætitia, & cunctis bullit, gustusque rebosat.
Inde parant omnes cum magno exire boatu
Ad recebimentum tam grandi Principe dignum,
Tunc impressa fuit cum cura zedula multa,
Qua inuitat multos camposexire Velasco,
Magno Almirantem cupiens vt honore recibant.
Entradæ ecce dies llegavit denique læta,
Eius & insonuit tardis vix hora secunda,
Cùm muros extra currebat maxima turba:
Currebant homines, currebant atque mugeres,
Currebant Fratres, currebat Clericus omnis,
Tum Studiantorum, puerorum tumque sequentum,
Tum capigorronum descendens copia magna
Ad campos exit, postque illos chusma tunantum.
Exivitque simul cochorum magna caterva,
Atque Cavalleri multi portantur in illis,
Et Præbendadi multi, seu nemine dempto.
Vrbs deserta manet calles, vicosque per omnes,
Perque casas tantum vetulæ, perrique videntur,
Atque Monasilli astantes in limine Templi,
Qui vel ludebant, vel ceram forte rapabant.
Cuncti namque omnis sexus, ætatis & omnis
Murallas extra portas saliere per omnes,
Tunc Almirantem pòsint vt forte videre.
Aspiceres altas murallas gente repletas,
Atque muladares, cerros, terramque, solumque;
Nec locus vllus erat, quem gens non occupet illic;
Namque Almirantem non est qui cernere nolit.
Ecce sed Almirans Sevillæ forte propinquat,
Cochibus, & multis veniebat plurima turba.
Tunc omnes vnà grandem fecere ruidum,
Tunc sonuere simul cunctorum murmura circum:
Vna concupiunt ad punctum cernere caram
Magni Almirantis, nullus vult vltimus esse.
Dant rempujones, dant golpes, dantque moquetes;
Tum cappas rasgant, tum mantos; fluctibus atque
Sæpe cadunt multi tunc desgreñando melenas.
De terra surgens ad Cœlum pulvis adibat,
Factaque erat grandis de excusso pulvere nubes,
Tantaque quæ poterat cunctorum tollere vistam,
Innumeri intrabant oppresi pondere coches,
Carrosæ multæ, quædam sillæque volantes.
Almirans tandem llegavit proprius Vrbem:
Is sex mularum formoso in coche sedebat,
Quem duo Cocheri Regis pallenti librea
Tecti ducebant; multo comitante Lacayo.
Dux Ossunensis veniebat proximus illi,
Atque Cavalleri veniebat, nescio quanti.
Quis trancem illius, puncti, quis murmura fando
Explicet, aut posit numeris narrare ruidum?
Gens quam multa ruit cerros spatiata per altos,
Plurima perque viam sunt visa rodantia passim
Cor-

Cōrpōra,perque fores,& per cōnstricta locōrum.
Nec solis puñis golpes dant impete multi,
Namque etiam pedibus fortes dant sæpe paradas;
clamoresque sonāt varij, confusus vbique
Stridor,vbique fragor,& vocis vbique susurrus.
Xerecij Portæ Cocheri accedere tandem
AtqueAlmirantis cochem introducere tentant;
Tuncque levantatur noviter de gente ruidus.
Multi empinantur, possint vt cernere rostrum
Illius,estrivis multi llegantur & inde.
Intravit tandem sensim, magnoque labore,
Intravit que simul decurrens turba sequentum,
Multaque, quæ propriam curabat adire moradam
Hæc mihi sufficiat de entrada dicere: namque
Dicere iam cogor,quæ facta deinde sequuntur.
Ecce dies venit,qua tentant ludere cannas,
Maneque luserunt armatos cornibus octo
Tauros,quos largæ varæ mucrone picarunt,
Quosque occiderunt gladijs ac ensibus omnes.
Qualis erat pannis colgadis vndique Plaza!
Balcones cunctos bombyx pretiosa tegebat,
Quæ argento pannos multo texebat,& auro.
Pendebant panni pulcri, varijque coloris,
Cunctorum secum vistam qui sæpe ferebant.
Per tardem vero, iam Plaza gente repleta,
Tabladis plenis,plenis balconibus atque,
Ecce Cavalleri, in bellis venere cavallis,
Quos pulchræ ornabant sillæ,ditesque jaezes:
Vnusquisque suam pulchram gestabat adargam,
Vestitos etiam pretiosa veste Lacayos:
Magna Lacayorum stipabat turba Patrinos;
Pars imitabatur vestitu, trageque Turcos,
Altera Chambergos pars demonstrabat ad vnguem.
Ludere iam cannas cœperunt ordine miro;
Quam bene,quam pulchre cannas misêre vicissim!
Moxque caracolem plazam fecère per omnem,
Carreras etiam largas, celeresque dedère.
Et licêt imber aquæ fusus de nubibus esset,
Qui vestes pulchras, pictosque mojare penachos,
Et cappas potuit,festam dimittere cœptam
Non illis placuit, garvosis cursibus imò
Iam festæ demum finem fecêre decorum.
Quolibet è plazæ echarunt balcone papeles
Tum multos,dulcem multo dobleze tegentes,
Quos Paji,& pueri fortes mittendo moquetes,
Sive mojicones, cogerunt sæpe cadendo.
Plurima, Musa,mihi soplabas carmina passim,
Sed mihi iam tempus scribendo deficit ecce:
Qua propter breviter quæ restant dicere cogor.
Ecce dies Lunæ venit, Taurosque feroces
Luserunt valide, cunctos rexone necando,
Zuñiga tum clarus,generosus tum Federigui.
Et quamvis essent Tauri feritate Leones,
Ictibus amborum flexa cervice cadebant.
Et Tauros homines multi lusere pedestres,
Qui lances multos, multas fortesque dedere.
Adfuit inter eos mulier (mirabile visu)
Corpore parva quidem, cunctis & dicta Belilla;
Hæc cum mantilla Tauros llamabat,& illos
Burlabat semper faciens cum fœnore fortes.
Inde Cavalleri victores denique quedant,
Cumque suo empeño iam complevere potenter,
Atque Almirantem gustosum munere dexant,
Qui grates multas hilaris,rostroque benigno,
Honrris pro factis illis repetivit abunde.

FINIS.

1) i 23514085
2) i 22438663
3) i 23614110
4) i 23592021
5) i 23609308
6) i 234[illegible]6
7) i 23608744
8) i 23466509
9) i 23461019
10) i 23464550
11) i 23524359
12) i 2352439X
13) i 23468410
14) i 2352444X
15) i 23612538
16) i 23594509
17) i 23503321
18) i 23514796
19) i 2348661[illegible]
20) i 23520590
21) i 23463740
22) i 23520607
23) i 23463764
24) i 2350478[illegible]
25) i 23514113